



Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 433 - 436. De bonis traditis in villis Ballevan, Watheri,
Frithegenligarothe, Sickiunhus, et Bieranhus in pagis Westfalon, atque
Almunga, nec non de origine comitum de Arnesburg.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

Ab anno item brun tradidit pro se in *thetmereshus* III. iurnales et mansos
1010 v.
que 1014 totidem.

regnante
Heinri-
co II.

§. 433.

Tradidit raginheri pro domna sua gherberge I familiam in *balleuan* (t)
et XXX. iugera.

§. 434.

Brunonis vxor appellatur *Gherburg*. Interim erit verisimillimum, *Brunonem* aduocatum, et *Brunonem* nostrum ex uno fuisse sanguine ortos. Tam enim *Bruno* aduocatus, quam *Bruno*, maritus *Gherburgae*, bona tenuere in pagis *Nithega* atque *Auga*, e quo situ locorum iam supra §. 104. not. (n) conclusimus, utrumque spectasse ad *Brunonia*nam stirpem. Id quod nomina amborum redunt probabilissimum. *Brunonem* nostrum filium fuisse *Marewardi*, patet e §. 397, vbi ille plane prorsus filius *Marewardi* appellatur. Eundem vero *Brunonem* designari, comprobat primum villa *Smitberdesbus*, quæ, teste Sarachone, in pago *Auga* sita, et propterea eadem villa fuit, in qua *Marewardus* pro hoc filio suo *Brunone* Corbeiensibus bona quedam tradiderat. *Rotbollesbus* deinde tribuitur ab eodem abate in Registro laudato pago *Hessi Saxonico*. Illius situm nondum indicare valemus. Quamuis enim anno 942 Rotmershusen exiterit in Hessi pago in Osterbeunmarca, teste diplomate (§. 33.) adducto, atque præterea in comitatu Dodiconis præsto fuerint Rothalmingahusun et Rotwadeshusen, non tamen audemus statuere, vnam ex his tribus villam esse *Rotbollesbus*. Doctiores Hessi, inter quos multi antiquam amant geographiam, in situum huius villæ studiosius inquirant, rogamus. Heic intermittere non possumus, quin indicemus, villam *Rotbollesbus* probe discernendam esse 1) a *Rodingibusen*, cuius meminere Kuchenb. Anal. Hass. coll. IV. p. 405. et coll. VI. p. 447. 2) a *Rongibusen* l. c. coll. IV. p. 352. 3) a *Rudolffibusen* l. c. coll. IX. p. 149. 4) a *Reimersbusen* in præfectura *Heina*, 5) a *Rutbeibusen* in episcopatu Paderbornensi, quam anno 1155 habebant domini de Amelunchen in principatu Corbeiensi, ab Heinrico Leone in beneficio seu feudo, 6) a *Rommeribusen* in præfectura Treisa in Landgraviatus Hassia terris, 7) a *Roredibusen*, in qua a. 1149 monasterium Wilbodesen in episcopatu Paderbornensi bona tenebat, 8) a *Roleffen* villa olim spectante ad dynastiam Stoppelberg, 9) a *Rollingibusen* in præfectura Sieck in comitatu *Hoiano*, 10) a *Rollingibusen* in præfectura Wintzenburg in episcopatu Hildesiensi, 11) a *Rollefen* in præfectura Stadthagen in comitatu Schauburgico, et 12) ac 13) a villa *Roggelinibusen*, quarum altera erat in pago *Aringho*, atque altera in pago *Suilibergi* sita. Porro collocat abbas noiter l. c. villam *Silhem* in pago *Hemerueldun*, quæ videtur fuisse *Silen* vel *Silhem* in Landgraviatu Hasso-Caffellano intra præfecturam Heckershausen. Tum *Thesli* erat in pago *Hessi Saxonico*, quæ est vicus *Deissel* inter Heriftallum Saxonum et Drengeborg in eodem Landgraviatu. *Thetmereshus* denique, quæ, eodem teste Sarachone, in pago *Hessi Saxonico* obvia erat, est locus *Detmerffen* in episcopatu Paderbornensi non procul ab oppido lutulento Peckelsen situs. Ad progenitores nobilium dominorum de Sconenberg ergo referendum esse *Brunonem* nostrum, fit verisimillimum. De hoc argumento vide §. 104. not. (n).

De villa
Balleuan
in pago
Westfa-
lon.

(t) Villa *Balleuan* tribuitur a Sarachone l. c. pago *Westfalon*. Indicari videtur *Balleuan* in comitatu Arnsburgico seu Arensbergico. *Raginheri*, qui in eadem villa bona quedam tradidit, verisimiliter ad progenitores comitum de *Arenberg* spectauit, videturque filius *Herimanni* fuisse, de eius progenitoribus et familia egimus supra (§. 218 et 389). Sane communis est et peruulgata sententia, comites Arenbergicos e sanguine Widekindi Magni descendisse. Videtur omnino nomen *Raginheri*, *Reinwerti*, *Raginwardi*, *Ranwardi*, *Reginberi* et *Reginberni* esse vnum idemque. Veritati consentaneum viderunt, *Herimannum* filio cuidam suo nomen indidisse, ab auo peritum. Pone igitur, *Raginherium* fuisse filium *Herimanni*, tunc vna tantum persona inter *Raginherium* nostrum et

Frid-

§. 434.

Tradidit enna pro se et fratre suo tadi VIII. mansos et quidquid habuit in *uuatheri* (u).

et gubernare
Corbe-
iam
Walho-
ne,

§. 435.

Tradidit thatmarus pro proximo suo hogero in *fritbegentigaroth* (v) II familias.

§. 436.

Tradidit maginhardus pro fratre suo tangmaro et illius coniuge II familias unam in *sickiunkuf* (w) et unam in *bieranbus*.

§. 437.

Tradidit immed pro proximo suo thiadulfo I familiam in *holthuf* (x).

§. 438.

Fridericum, primum comitem de Arnesburg, deficit, cuius inueniendæ fortasse nobis alio tempore occasio subministrabitur.

(u) Villam *Watheri* abbas noster Saracho sine pago memorauit. nescimus, quam ob De villa caulam id fecerit. Cum igitur ignoremus pagum, in quo haec villa extiterit, Watheri. ideo non valens indicare, an sublit vicus *Wetter*, hodie *Wetterburg* in principatu Waldeccensi, an *Wetter* in Landgraviatu Hassio-Darmstadino haud procul Marburgo, an vero *Wetter*, in comitatu Marcano. Ultimum videtur nobis probabilius. Rationes, cur ita sentiamus, inuenies in *Clieniela Corbeiensi* in cap. de nobilibus dominis de *Wolmenstene*.

(v) *Fritbegenligaroth* villam itidem abbas noster i.e. sine mentione pagi adduxit. An ipsius De villa tempore nulla haec sive villa? Hodie sane dubium est, an designetur *Vrestiero*-Frithe-de in praefectura Gandersheim, an *Fridericherode* in Thuringia, vel *Fritberike*-genilag-roth, que olim in diocesi Halberstdensi haud procul ab urbe Brunsuiga extitit. Probabiliter haec ultima indicatur.

(w) *Sickiunkbus* et *Bieranbus* erant loca, teste Sarachone obuia, in pago *Almunga*. Ex De villa quo momento appetet, denotari *Sinckbusen* et *Barbusen*, loca in dynastia Buranhush et intra episcopatum Paderbornensem. Quantum itaque e situ harum villarum Bieranconclusimus, arbitrari liber, *Maginbardum* et *Tangmarum* inter posteros Widuhus in Kindi Magni esse referendos. Supra enim vidimus, eius posteros in eadem re pago. stirpis suis videtur; statuamus, quæ de eodem *Tangmaro* et *Almungo* filius filius *Hote* et frater *Buniconis* appellatur, qui vti ex donis appetet, Widikinde^{gā}. loco nostro. Quamuis enim quis perhibere possit, pugnare hoc cum chronologia, putamus tamen, fratrem eius, qui circa annum 960 filium et circiter annum etatis XXX, habuit, adhuc in viuis esse portuisse anno MXII.

(x) Villa *Holthus* reperiebatur olim, Sarachone l. c. teste, in pago *Hrittiga*. Hunc De villa in principatu Gottingensi circa oppidum Northeim situm fuisse, nemo ambi- Holthus get. Intelligimus ergo, denotari vicum *Holhusen*, locum praefecturae Brun- in pago Stein, quem probe discernere velis a villa Holthusan, in pago Marungo sita et *Hrittiga*. infra (§. 466) memorata. Haec ultima quondam erat sita iuxta Snetinghusen. Locus hic nunc vocatur Schnedighausen, situs in praefectura Moringen intra eundem principatum Gottingensem. Situm yriusque villa docet sequens litterarum extractus: